

1. Factum est autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab et servos suos cum eo et universum Israel, et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabba; David autem remansit in Jerusalem.

2. Dum hæc agerentur accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regis; viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde.

3. Misit ergo rex, et requisivit quæ esset mulier; nuntiatumque est ei quod ipsa esset Bethsabée filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi.

4. Missis itaque David nuntiis tulit eam. Quæ cum ingressa esset ad illum, dormivit cum ea: statimque sanctificata est ab immunditiâ suâ,

5. Et reversa est in domum suam concepto fœtu. Mittensque nuntiavit David, et ait: Concepti.

6. Misit autem David ad Joab dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Joab Uriam ad David.

7. Et venit Urias ad David. Quæsitque David quàm rectè ageret Joab et populus, et quomodò administraretur bellum.

8. Et dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, et lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius;

9. Dormivit autem Urias ante portam domus regis cum aliis servis domini sui, et non descendit ad domum suam.

10. Nuntiatumque est David à dicentibus: Non ivit Urias in domum suam. Et ait David ad Uriam: Numquid non de viâ venisti? quare non descendisti in domum tuam?

11. Et ait Urias ad David: Arca Dei et Israel et Juda habitant in papilionibus, et dominus meus Joab et servi domini mei super faciem terræ manent; et ego ingredarezeris servi, reges sunt Syriæ, imperio illius obnoxii; nulla enim suppetunt argumenta, quibus Adarezer subditos habuisse trans

1. Un an après ce combat, au temps où les rois ont coutume d'aller à la guerre, David envoya Joab avec ses officiers et toutes les troupes d'Israël, qui ravagèrent le pays des Ammonites, et assiégèrent Rabba, qui en était la capitale; mais David resta à Jérusalem.

2. Pendant que ces choses se passaient, il arriva que David, s'étant levé de dessus son lit après midi, se promenait sur la terrasse de son palais. Alors il vit une femme vis-à-vis de lui, qui se baignait sur la terrasse de sa maison; et cette femme était fort belle.

3. Le roi envoya donc savoir qui elle était; on lui dit que c'était Bethsabée, fille d'Eliam, femme d'Urie, Héthéen.

4. David, ayant envoyé des gens, la fit venir. Et, étant venue vers lui, il dormit avec elle; et aussitôt elle se purifia de son impureté, selon l'ordonnance de la loi,

5. Et retourna chez elle ayant conçu. Dans la suite elle envoya dire à David: J'ai conçu.

6. Après quoi David manda à Joab de lui envoyer Urie, Héthéen. Joab le lui envoya.

7. Quand il fut venu, David lui demanda en quel état était Joab et toute l'armée, et ce qui se passait à la guerre.

8. Et il dit à Urie: Allez-vous-en chez vous; lavez-vous les pieds, et reposez-vous. Urie sortit du palais, et le roi lui envoya des mets de sa table;

9. Mais Urie coucha devant la porte du palais du roi avec les autres officiers, et il n'alla point en sa maison.

10. David en ayant été averti, dit à Urie: D'où vient que, revenant d'un voyage, vous n'êtes pas allé chez vous vous délasser de vos fatigues?

11. Urie répondit à David: L'arche de Dieu, Israël et Juda demeurent sous des tentes, et Joab mon seigneur et les serviteurs de mon seigneur demeurent sur la terre; et moi cependant j'irai en ma maison manger et boire, et dormir avec ma femme? Je jure par la vie

Euphratem reges ostendatur: si qui tamen fuerunt, ii cum cæteris ultrò sese Davidi dedentes, tributa solverunt. Addit Vulgata de Syris: *Expaverunt, et fugerunt quinquaginta et octo millia coram Israel; frustra autem hoc quæras in Hebræo, Septuaginta, et veteri S. Hieronymi versione. Hinc verò constat, Davidem populos habuisse subditos, ac tributa pendentes vel trans Euphratem; quod planè animadversione dignum est. Vide titulum psalmi 59.* (Calmet.)

diar domum meam ut comedam et bibam, et dormiam cum uxore meâ? Per salutem tuam et per salutem animæ tuæ! non faciam rem hanc.

12. Ait ergo David ad Uriam: Mane hic etiam hodiè, et cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illâ et alterâ.

13. Et vocavit eum David ut comederet coram se et biberet, et inebriavit eum; qui, egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis domini sui, et in domum suam non descendit.

14. Factum est ergo manè, et scripsit David epistolam ad Joab, misitque per manum Uriæ,

15. Scribens in epistolâ: Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium, et derelinquite eum ut percussus intereat.

16. Igitur cum Joab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.

17. Egressique viri de civitate bellabant adversum Joab, et ceciderunt de populo servorum David, et mortuus est etiam Urias Hethæus.

18. Misit itaque Joab, et nuntiavit David omnia verba prælii.

19. Præcepitque nuntio dicens: Cum compleveris universos sermones belli ad regem,

20. Si eum videris indignari, et dixerit: Quare accessistis ad murum ut præliaremini? an ignorabatis quod multa desuper ex muro tela mittantur?

21. Quis percussit Abimelech filium Jerobaal? Nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, et interfecit eum in Thebes? Quare juxta murum accessistis? dices: Etiam servus tuus Urias Hethæus occubuit.

22. Abiit ergo nuntius, et venit, et narravit David omnia quæ ei præceperat Joab.

23. Et dixit nuntius ad David: Prævaluerunt adversum nos viri, et egressi sunt ad nos in agrum; nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis.

et par le salut de mon roi que je ne le ferai jamais.

12. David dit à Urie: Demeurez ici encore aujourd'hui, et je vous renverrai demain. Urie demeura donc à Jérusalem ce jour-là et le lendemain.

13. David le fit venir pour manger et pour boire à sa table, et il l'enivra; mais Urie, s'en étant retourné au soir, dormit dans son lit avec les officiers du roi, et n'alla point chez lui.

14. Le lendemain matin, David envoya à Joab par Urie même, une lettre écrite en ces termes:

15. Mettez Urie à la tête d'un bataillon, à l'endroit où le combat sera le plus rude, et faites en sorte qu'il soit abandonné et qu'il y périsse.

16. Joab, continuant donc le siège de la ville, mit Urie vis-à-vis le lieu où il savait qu'étaient les plus vaillants hommes.

17. Les ennemis ayant fait une sortie chargèrent Joab, et tuèrent quelques-uns des gens de David, et parmi ceux-ci tomba Urie, Héthéen.

18. Joab envoya donc à David pour lui faire savoir tout ce qui s'était passé dans le combat,

19. En donnant cet ordre au messager: Lorsque vous aurez achevé de dire au roi tout ce qui s'est passé à l'armée,

20. Si vous voyez qu'il se fâche, et qu'il dise: Pourquoi êtes-vous allés combattre si près des murs? ignorez-vous combien on lance de traits de dessus une muraille?

21. Qui tua Abimélech, fils de Jérobaal? Ne fut-ce pas une femme qui jeta sur lui du haut de la muraille un morceau d'une meule à moudre, et le tua à Thèbes? Pourquoi vous êtes-vous approchés si près des murs? vous lui direz: Urie, Héthéen, votre serviteur, a aussi été tué.

22. Le messager partit donc, et vint dire à David ce que Joab lui avait commandé.

23. Et il lui parla en ces termes: Les assiégés ont eu quelque avantage sur nous; ils sont sortis de la ville pour nous charger, et nous les avons poursuivis avec grande vigueur jusqu'à la porte de la ville;

24. Et direxerunt jacula sagittarii ad servos tuos ex muro desuper; mortuique sunt de servis regis, quin etiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est.

25. Et dixit David ad nuntium: Hæc dices Joab: Non te frangat ista res; varius enim eventus est belli; nunc hunc et nunc illum consumit gladius. Conforta bellatores tuos adversus urbem, ut destruas eam, et exhortare eos.

26. Audivit autem uxor Uriæ quod mortuus esset Urias vir suus, et planxit eum.

27. Transacto autem luctu misit David, et introduxit eam in domum suam; et facta est ei uxor, peperitque ei filium. Et displicuit verbum hoc, quod fecerat David coram Domino.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM VERTENTE ANNO, EO TEMPORE, QUO SOLENT REGES AD BELLA PROCEDERE, MISIT DAVID JOAB. Post tot victoriarum gloriam, et magnarum virtutum illustra documenta, lapsus est graviter, et mutatus à seipso David, qui non minus peccando nobis utilis fuit, quam ante fuerat justè religiosè-que vivendo. Docuit enim lapsus non esse temerè fidendum vitæ superiùs integrè castè-que traductæ, ut nos liberos existimemus à lapsu; et quàm potens sit pulchra feminarum species, ut magnorum etiam heroum spiritus et constantiam debilitet. Et quantum expediat cohibere oculos, ne per illos blandæ et illudentes species in animum irrumpant, quæ cogitationes priores, imò et priorem mentem penitenti expectarent. Exhibuit præterea optimum animi verè poenitentis exemplum, quod nobis sæpè proponunt antiqui Patres, ut in illud intenti inolitas ex animo nostro labes de-learnus.

Annus vertens dicitur illud tempus, quod novum annum inchoat, et exacto annuo circulo, in se ipsum iterum recurrit, et talem orditur cursum, qualem exactus annus nuper absolverat. Vertens annus passivè ponitur, sicut alia participia non pauca temporis præsentis, ut *volvens, præcipitans, vehens*; id est, quod vehitur, præcipitur, volvitur; sic etiam *vertens*, quod vertitur, aut convertitur. Est autem *annus vertens*, qui vertitur, et in seipsum redit; quæ explicatio est Græci nominis *ἐπιστρέφω*. Sic sæpè vocatur annus à Cicerone, cum annus completus est, et circularem periodum

24. Mais les archers ont lancé leurs traits contre nous du haut des murailles; quelques-uns de vos gens y ont été tués, et Urie, Héthéen, votre serviteur, y est demeuré mort entre les autres.

25. David répondit au courrier: Vous direz ceci à Joab: Que cela ne vous étonne pas; car les événements de la guerre sont journaliers, et tantôt l'un, tantôt l'autre périt par l'épée. Relevez le courage de vos soldats, et animez-les contre la ville, afin que vous puissiez la détruire.

26. La femme d'Urie, ayant appris que son mari était mort, le pleura;

27. Et, après que le temps du deuil fut passé, David la fit venir en sa maison et l'épousa, et elle lui enfanta un fils. Or, cette action qu'avait faite David, déplut au Seigneur.

absolvit. Cum autem anni finis cum alterius anni principio jungatur, sicut extrema circuli, si tamen extremum est aliquid in circulo, fit ut annus vertens dici possit vel extrema pars antecedentis, vel sequentis prima. Sed quia varia sunt apud varios annorum principia et fines, fit ut non eadem apud omnes anni pars dicatur *annus vertens*. Quidam ineunte januario, apparere dicunt ineuntem, id est, incipientem annum. Qui annus dicitur civilis, quia eo tempore serviles operæ, pensiones et usuræ complentur. Alii ab æquinoctio vernali. Et sanè hoc est apud astrologos anni principium, à quo reliqui menses et numerum sumserunt et nomen. Hoc apud Hebræos anni principium est, qui nisan, id est, martium primum numerant mensem in anno, juxta illud Exod. 12, v. 2: *Mensis iste nobis principium mensium, primus erit in mensibus anni*. Et quidem Josephus lib. 7, cap. 7, ineunte vere dicit ad bellum missum esse Joab.

Cur autem anno vertente, id est, sub initium anni ad æquinoctium vernum, reges ad bella procederent, ea ratio est, quia hibernum tempus incommodum est illis qui alijs voluerint inferre bellum, quia cum in alienam regionem castra moveant, neque commodam ad arcendas hiberni temporis injurias habitationem habeant, necesse est humi quamplurimi cubent sub cælo, et ubi cum alijs actum est optimè, sub pellibus. Sic sanè hoc ipso capite, v. 11, dixit Urias: *Domini mei super faciem terræ manent*. Cum autem durum sit, cum riget cælum et venti

perflant frigidi, et frequentes sunt imbres, illa temporum incommoda subire, continentur milites in hibernis, id est, in locis tectis et apricis, ubi minus molestæ sint illæ temporum injuriæ. Cum verò primum sub vernam lucem, vertente anno, cælum intepuit, prodeunt ex hibernis acies, et bella moliantur ad illud usque tempus intermissa.

Ubi Vulgatus: *Quo solent reges ad bella procedere*; Hebraicè est, *ad tempus egredi reges, seu egressionis regum*, nempe ad bellum. Quare quidam existimant tunc compleri annum, ex quo reges, de quibus proximè, nempe Syriæ, ut suorum ulciscerentur cædem, et inustam suo nomini ignominiam exurerent, ad bellum processissent. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus. Sed quia et Hebraicus textus nostram admittit expositionem, et ad hæc accedit Vulgatæ translationis auctoritas, de aliorum sententiâ non laboramus, licet fieri posset, ut ab aliorum regum egressu compleretur annus: nam et illi etiam sub æquinoctii tempus prodierunt ab bellum.

ET VASTAVERUNT FILIOS AMMON, ET OBSEDERUNT RABBATH. Totus ille bellicus apparatus eò spectabat, ut reliquias persequeretur Ammonitici belli. Cum ergo filii Ammon, qui aut occurrerunt in viâ cum infensis signis, aut qui regionem illam incolebant, per quam esset transiturus exercitus, essent vastati, totum belli pondus in regiam sedem regniq; metropolim incubuit. Hæc autem erat Rabbath, quæ ut ipsum præ se fert nomen, civitas erat lauta et nobilis, et civium multitudine frequens. Hanc Josephus vocat lib. 7, c. 7, Rabbatha, quam Hieronymus de Locis Hebraicis suo tempore Philadelphiam appellari dicit. Vocatur autem c. 12, v. 27, *urbs Aquarum*, quia abundabat aquis aut jugiter manantibus, aut in piscinis abundanter collectis. De quâ fortassè est illud Cant. 7, v. 4: *Oculi tuæ sicut piscine in Hesebon, quæ sunt in portâ filiarum multitudinis. Filia multitudinis*, quæ descriptio est frequentissimæ civitatis, videtur esse Rabbath, quæ multitudinem sonat.

VERS. 2. — DUM HÆC AGERENTUR, ACCIDIT UT SURGERET DAVID DE STRATO SUO POST MERIDIEM. Non constat, quo tempore acciderit hæc Davidis tam subita ac lamentabilis offensio atque ruina. Nam illud, *dum hæc agerentur*, ad longum tempus explicari potest, quia plurimum intercessit temporis inter exercitus progressum ad bellum et inter regis civitatis obsidionem. Quare quo longi hujus temporis articulo

contigerit, incertum est. Captârat, ut apparet, David pomeridianos somnos in stragulo et lecto, quod mollioris jam animi et fracti deliciis atque otio, nonnullum argumentum est; quod fuit quasi pronubus illius consuetudinis flagitiosæ, et illius incendii prima ac potentissima fax. Contigit ergo, ut è cubili surgeret et per solarium deambulet, per locum videlicet sublimem et apertum, qui ideò *solarium* appellatur, quia solem excipit, et illius lumine completur.

VIDITQUE MULIEREM SE LAVANTEM EX ADVERSO SUPER SOLARIUM SUUM. Illud, *solarium suum*, non erat Bethsabee, sed Davidis: neque enim credibile est, honestam feminam ad opus illud, quod non censetur omnium honestissimum, elegisse locum excelsum et apertum, ubi ab omnibus liberè videri posset. Neque textus Hebraicus id admittit nisi admodum durè, qui sic habet: *Vidit mulierem lavantem, meal haggag*, id est, *desuper solario*. Vidit itaque David mulierem lavantem, cum esset super solarium suum, ad quod exurgens è lectulo conscenderat. Eodem modo locutus est proximè, cum dixit, *ut surgeret David de strato suo*, Hebraicè *meal miscabo*. Licet locum Bethsabee secretum elegisset, in eo tamen videtur peccasse, quod non accuratè circumspexit, an aliquâ ratione aliorum oculis patere posset, et an esset aliqua fenestra, aut etiam rima quæ curiosos et lascivos oculos admitteret. Sanè si id, prout pudicam decebat, providisset, neque cepisset regis oculos, neque ipsa passa fuisset pudoris sui tam turpe detrimentum. Quodnam fuerit illud Bethsabee lavacrum, seu lotio, quærunt interpretes. Quidam dicunt sanitatis, alii voluptatis gratiâ lotam fuisse toto nudatam corpore. Alii tantum menstruum eluisse sanguinem, quod mundæ et elegantes feminae faciunt non indecorè. Alii purificari voluisse ab illâ menstrua illuvie, quod non modò potest et licet, sed etiam fieri necessariò debet, quia lege cautum est, Levit. cap. 15, à v. 49, ubi de hoc sanguine, et de illius purificatione sermo est. Sed neque turpe existimabatur lavacrum in balneis, valetudinis, aut etiam recreationis gratiâ.

Sanè balnea non horrebant etiam honestæ feminae, quia valdè putabant ad corporis valetudinem conferre. Admirabilis fuit Susannæ pudor et honestas, et tamen balneum iniisse dicitur, Dan. cap. 13. Non disputo, an totum nudaverint corpus aut hæc, aut Bethsabee, quod fortassè non fecerunt: sed id dico, hoc

etiam pudicis et honestis inusitatum non esse. Sanctum Joannem Evangelistam lavandi gratiâ ingressum esse balneum, tradunt Epiphanius hæresi 30; Irenæus lib. 3, cap. 3; Eusebius lib. 4 Historiæ, capite 13; Tertullianus in Apologet. cap. 42, Christianorum in se mores et consuetudinem describit: *Non labor, inquit, diliculo saturnalibus, ne etiam noctem et diem perdam: attamen labor honestâ horâ et salubri, quæ mihi et calorem et sanguinem servet. Et quidem Augustinus epist. 109, sanctimonialibus quibusdam permittit, ut semel in mense balneis utantur: Lavacrum, inquit, corporum, ususque balnearum non sit assiduus; sed eo, quo solet intervallo temporis, tribuatur, hoc est, semel in mense.*

Docemur hoc loco Davidis exemplo, quanto studio nobis curandum sit, ne quid per oculos ad animum irrepât, quod pudorem nobis et mentem eripiat. Nôrat hoc optimè Job cap. 31, qui fœdus pepigit cum oculis suis, ne virginem aspiceret, quia verebatur ne in animo postea scintillam conciperet, quæ durum excitaret incendium. Multa à Patribus, multa etiam à profanis dicuntur, de vago hominum liberoque oculorum conjectu, de quibus nos ad illud Ezech. 6: *Et oculos eorum fornicantes.* Clemens Alexandrinus lib. 6 Stromatum cap. 1, visum esse dicit amoris principium. Quod etiam cecinit quidam ex profanis:

Si necis, oculi sunt in amore duces.

Et lib. 3 Pædag. c. 41, ad medium: *« Lascivi autem aspectus, et versatilibus, et tanquam conniventibus oculis intueri, nihil est aliud, quam oculis mœchari, cum per eos cupiditas ineat prima pugnae præludia. »* Et Petrus Epist. 2, c. 2, v. 14, oculos intemperantes et vagos, plenos vocat adulterii. Basilus de verâ Virginitate, libidinis pronubos et quasi lenas oculos appellat. Idem Cyprianus de Cælo et Invidiâ: *Offert, inquit, daemon oculis formas illicites et faciles voluptatis, ut visu destruat castitatem.* Seneca de Remediis fortuitorum, oculos irritamenta vocat vitiorum, et scelerum duces, et partem innocentia dicit esse cæcitate.

Exemplum optimum hujus tantî periculi nobis est David, qui cum illustratus esset à Deo prophetiæ dono, et oculos suos fortassè à pomeridiano strato extulisset madentes lacrymis, ex oratione, cui multam dabat et frequentem operam, inopinato tamen captus mulieris aspectu, mentem abiecit non solum piam, sed etiam pudicam aut humanam. Quare hoc ex-

emplum sæpe nobis proponunt Patres, ne vana nos superioris vitæ confidentia decipiat. Augustinus hæc de re multa atque præclara tom. 8, in Ps. 50, in principio: *« Dicam ergo non quod volo, sed quod cogor, dicam non ex hortans ad imitationem, sed instruens ad timorem. Uxor alienæ pulchritudine captus rex et propheta David, ex cujus semine secundum carnem Dominus venturus erat, eam adulteravit. »* Et longiusculè ab hoc loco, exemplo Davidis monet, ne etiam procul mulierem intueamur, quia in nobis est, quod etiam è longinquo feminarum species inflamat: *« De longè vidit David illam, in qua captus est. Mulier longè, libido propè. Alibi erat quod videret, in eo undecaderet. »* Vide Chrysostomum homil. 1 in Ps. item 50, et Gregorium lib. 21 Moral. cap. 2.

VERS. 3. — MISIT ERGO REX, ET REQUISIVIT EAM, QUÆ ESSET MULIER (1). AMAVIT REX, QUAM

(1) BETHSABEE FILIA ELIAM, UXOR URIE HETHÆI. Pater Bethsabæ appellatur *Ammiel* in Paralipomenis, sede unius litterulæ turbatâ, quod tamen litteralem vocis hujus significationem non mutat. *Eliam* et *Ammiel* æquè sonant: *Populus meus est Dei.* (Calmet.)

David envoya savoir qui était cette femme qu'il avait vue, et on lui vint dire que c'était Bethsabée, femme d'Urie, Héthéen. La chute de David, dit saint Augustin, est un objet terrible, et néanmoins elle est pleine d'une admirable instruction pour ceux qui la considéreront par la lumière de la foi, et par les sentiments de la piété. Si David avait été toujours innocent, son exemple nous aurait été moins avantageux, selon la pensée de saint Ambroise. Sa grandeur nous aurait paru inaccessible, et sa piété inimitable; et nous l'aurions plutôt considéré comme une merveille de la grâce qui aurait dû être respectée de tout le monde, que comme une règle qu'on aurait pu suivre. Mais maintenant les innocents apprennent de lui ce qu'ils doivent craindre, et les pécheurs ce qu'ils doivent imiter. Il étonne les premiers, il console les seconds, et il est un excellent maître des uns et des autres.

Il est utile de remarquer tout ce qui a contribué à la chute de David, afin d'apprendre ce que nous devons faire pour prévenir les maux où il est tombé. L'Écriture nous marque d'abord qu'il était demeuré dans Jérusalem au temps où les rois avaient accoutumé d'aller à la guerre et d'y commander les armées. Elle ajoute que David ayant dormi après midi, se leva et s'alla promener sur sa terrasse. Tout ceci nous marque une vie oisive et relâchée. Et néanmoins il n'y a rien en cela que de très-innocent, surtout dans une personne aussi innocente qu'était David. Mais nous devons nous souvenir de ce que Dieu nous a appris par la bouche du Sage, que l'oisiveté est la mère de tous les maux. C'est en ce sens que le Fils de Dieu nous a enseigné dans l'Évangile, que lorsque l'âme qui était nette du péché et or-

non noverat, neque quidquam habuerat de illius moribus ac nobilitate compertum. Quare quod prius inquisisse debuit, de illius genere, nomine atque conjugio, per servos, quos eâ de

née des vertus n'est point sur ses gardes et qu'elle se relâche, le démon y entre avec sept autres démons sans qu'il y trouve de résistance, et qu'il s'en rend maître: *Invenit eam vacantem... Et ingressi habitant ibi.* Il n'est pas besoin pour cela que nous ouvriions volontairement au démon la porte de notre cœur, en nous abandonnant à des désordres visibles. Il suffit que nous laissant aller au relâchement et à la tiédeur, notre négligence lui donne une petite ouverture par laquelle il se glisse sans être aperçu. C'est pourquoi saint Augustin remarque, après l'Écriture, que David tombe pour avoir seulement vu cette femme, et qu'un seul regard lui donne la mort. *« On s'imagine, dit ce saint, qu'on n'est point obligé de retenir ses yeux par une circonspection sage et modeste, et qu'on peut voir toutes choses indifféremment et innocemment; et cependant David se perd pour avoir été trop libre dans ses regards. Ceux qui sont conduits par la prudence de Dieu, ajoute ce saint, ne dédaignent pas de s'instruire par un si grand exemple. Ils évitent la compagnie et la vue même de tout ce qui leur peut être dangereux, et sachant que David était très-fort et eux très-faibles, ils ne se croient pas en sûreté dans le même péril où il s'est perdu. Sit ergo lapsus majorum, tremor minorum. »*

Mais la première cause de cette chute, qui n'est pas exprimée clairement en cet endroit de l'Écriture, est marquée excellemment par S. Augustin en ces termes: *« David, dit ce saint, était alors dans un plein repos. Dieu l'avait rendu victorieux de tous ses ennemis. Et aussitôt qu'il cesse d'être dans l'affliction et dans la crainte, il s'élève, et son orgueil est suivi de sa chute. Factus est securus devictis hostibus; pressurâ caruit, tumor excrevit. »* Car c'est une règle constante, que le Saint-Esprit nous a apprise par la bouche du Sage, que l'âme s'élève avant qu'elle tombe. *Ante ruinam exaltatur spiritus.* Et saint Jean Climaque, dit en ce même sens, *« que le démon de l'orgueil entre premièrement dans l'âme, et qu'après qu'il s'en est rendu maître, il ouvre la porte au démon de l'impureté. »* C'est donc avec grande raison que le même saint Augustin dit sur le sujet de ce saint prophète: *« David est tombé, parce qu'il est devenu superbe, et il est devenu superbe parce qu'il s'est vu comblé de bonheur. Lorsqu'il était persécuté par Saül, lorsqu'il était contraint de se cacher sous la terre, dans les grottes les plus profondes, pour se dérober aux yeux et à la cruauté de ce prince, lorsqu'il se voyait réduit à demeurer parmi les Philistins et les infidèles, sans pouvoir trouver aucun lieu de sûreté dans toutes les terres d'Israël, bien loin de s'abandonner à des désirs criminels, il s'humiliait sous la main de Dieu, qui était toute sa force, et il se tenait d'autant plus attaché à lui, qu'il était plus abandonné du secours des hommes; »*

causâ miserat, doceri voluit; ac tandem cognovit vocari Bethsabæe, et uxorem esse viri omnium fortassè fidelissimi atque optimi, quorum operâ in bellis utebatur. Hic porrò Eliam, cujus filia dicitur Bethsabæe, ut ex traditione Hebræorum docet Hieronymus, filius fuit Achitophel, et eâ fortassè de causâ contra David postea conjuravit cum Absalome, ut illatam nepti suæ ulcisceretur injuriam.

VERS. 4. — MISSIS ITAQUE DAVID NUNTIIS, TULIT EAM (1). Jam incipit David ostendere,

« Tantò in Deum intentior, quantò miserior. » Le même saint admire avec grande raison l'illusion des hommes qui ne craignent que l'adversité et qui désirent toujours la prospérité, au lieu que la prospérité est tellement à craindre qu'elle est souvent l'écueil des plus grandes âmes. C'est en ce sens qu'on pouvait dire avec vérité que David n'était point à plaindre lorsqu'il paraissait si malheureux, puisque son malheur ne servait qu'à conserver et à faire croître sa vertu. Mais il est devenu vraiment digne de compassion lorsqu'il est monté sur le trône, et qu'il a paru le plus heureux de tous les hommes, puisque sa grandeur lui a inspiré des pensées de complaisance, et que son orgueil a causé sa chute. (Sacy.)

(1) S. Epiphanius, in vitâ Nathan prophætæ, et ex eo Abulens., asserit, Nathan abeantem in spiritu prævidisse concupiscentiam Davidis; quare ut ejus peccatum impediret, festinanter perrexisset Hierosolymam; sed Beliar, vel potiùs Belial, id est, diabolus ei objecisset remoram, nimirum mortuum quemdam nudum, quem dum sepelit Nathan, David adulterium commisit. Cujus rei fides sit penès S. Epiphanius.

Mysticè (quod novum et mirum est) Patres plerique adulterium Davidis interpretantur de Christo Ecclesiam gentium sibi desponsante. Unde S. Ambrosius lib. 3 in Lucam: *« Mysterium, ait, in figurâ, peccatum in historiâ; culpa per hominem, sacramentum per Verbum. »* Quasi totum mysterium in eo fuerit, ut Verbum alienam naturam ad suam hypostasim, sicut David alienam uxorem ad suum thalamum conjugârit; deinde idem typum gesserit Christi Domini Ecclesiam sibi ex gentibus in sponsam cooptantis. Ita quoque D. Augustinus lib. 22 contra Faustum cap. 87: *« Isie, inquit, David graviter sceleratè peccavit; verumtamen ille desiderabilis omnibus gentibus adamavit Ecclesiam super tectum se lavantem, id est, mundantem se à sordibus sæculi, et domum luteam spiritali contemplatione transcendentem atque calcantem. »* Ac si diceret: *« Quamvis David alienam sibi uxorem assumendo graviter deliquerit, tamen Christum Dominum sibi Ecclesiam pro Synagoga desponsantem significavit. Addit S. Augustinus, et ex eo Beda, David occidisse Uriam, id est, Christum occidisse diabolum, eique extorsisse sponsam, scilicet Ecclesiam gentium. Tertio, S. Gregorius lib. 3 Moral. cap. 21: « David, ait, est Christus; Bethsabæe est lex vetus, quam Christus ab Uriâ, id est, à Judæis abstulit sibi conjunxit, quia per*